



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

Mennens, Frans

Maceratae, 1623


Eqvites Apvd Tvrcaſ & Indos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

O R D O E Q V I T V M
Militiae Christianæ sub titulo
Beatae Mariæ Virg. Matris Dei
& Sancti Michaelis Archan-
geli.

tulo discordias grauis inter fundatores, sive Iustitiores interposuit, quo factum fuit, ut tanti incerti cursus retardatus sit, vel maxima ex parte.

*EQUITES APVD TVRCAS
& Indos.*



Vit apud Turcas & barbaros re-
cepsum Militaris honoris aucto-
ramentum : quo titulo Selymus I. I.
Turcarum Imp. Gentilem Bellinum ,
ob insignem in arte pingendi excel-
lentiam, Constatinopolim euocatum,
in Equestrem ordinem cooptauit , &
insigni torquis aurei donauit . Verum
an Christianus ab infideli creatus e-
ques pro legitimo haberri debeat in
dubium reuocare videtur Franciscus
Sansouinus .

Principes certè Christiani, infideles Equestri honore haud designati fuere; certumq; se auctorem compérisse adfirmat Hiero. Curita, qui prodiderit Bernardum Porterium acobi 14. Aragoniæ Regis legatum missarum solennib. Alexandriæ celebratis, Babyloniæ Soldani filium, patris rogatu, militari cinctum auctoramento, Regis Aragoniæ nomine decorasse.

Sic Ferdinandus cognomento Sanctus , Mahometem expeditionis cōtra Hispalim suscep̄t comitem, capta vrbe & equitem creauit . & insignibus Castellae cum duobus serpentum capitib⁹ donauit, quæ Granatæ Reges deinceps feruarunt, cum antea claves cyaneas in scuto argenteo, Reges Andalusiæ pro insignibus gestarent: ea que re significabant se Gadium, & tractus maritimi potentes, quasi claves propagandi, per occasum imperij in potestate habere. Claudio etiā Faucetus in originibus suis Gallicis, citat librum ceremoniarum, quibus Hugo Taborius Eques regni Hierosolymitani usus traditur, cum Saladinum Aegypti Soldanum, decus militare expertem, equestri cingulo adornaret.

In originibus Equestribus.

Lib. 2. Re-
tū Aragon.

*Anton.
Beuter. li.
2. f. 43.*

*Insignis
Regū Gra-
natis.*

*Ann. I 200
Claudius
Faucetus
de Equiti-
bus.*

168

*Equites Te
cuy es in
India Oc-
cidentali.*

In Americano noui orbis tractu, qui nouæ Hispaniæ nomine indigita-
tur, Tecuylorum Equitum militiam, in honore habitam tradunt Rerum Indicarum scriptores, & inaugura-
tio[n]is solennia à magno Sacerdote cele-
brari solita, eo sere ritu; vt Sacerdos tyroni n[on]ares tygridis osse, & aquilæ rostro acutissimo perforaret, quo ty-
gridū & aquilarū instar ferocia & for-
titudine in bellis antestare doceretur.

*Equites Au-
riculares
vulgo Orcio
nes dicti in
regno Peru.*

In regno Peruiano Equites sunt vulgo Oreones, quos Auriculares dicas, appellati: & quos ex primarijs Regiae stirpis satrapis (*Iugos vocant*) eligere ius erat. Apud hos tenerim-
os aurium partes perforatas, & bac-
cilli, sive annulis aureis onustas præ-
tendere, summum habebatur equestris dignitatis ornamentum. Vti & apud Europæos aurum in auribus gestare, nobilitatis decora sunt. Adeò vt & ipsi Hispani nobiles, quos alti sanguini-
nis stemma non decoraret, stigma-

istud auriculare, & notam equestrem non recusarent: qua suscepta, aliud nomen etiam assūmere solebant. Quæ omnia fuisse apud Hieron. Roma-
num in Repub. mundi reperias.

Nec mirum apud Barbaros illos eiusmodi stigmatum vestigium exti-
tisse, cum & apud Christianos dudu[m] in vsu fuerit, vt recte notat Lipsius in Militia sua Romana & Philippus Ley-
densis Cossiliarius Guilielmi Comitis Hollandiæ, in Reipub. cura, & forte Principatus. vbi ait. *Quarto stigma-
ta id est nota publica imponitur brachijs
istorum militum, ut ab alijs cognoscantur.* C. de Fabri. l. 3. lib. 12. Et sic quasi conueniunt in hoc cum spiritualibus mi-
litibus qui in capite signantur ad differen-
tiam laicorum. D. Augustinus epist. 1.
appellat Regium hunc characterem,
& Chrysostomus Homilia 3. in 2. ad Corinth. sicut militibus signaculum,
ita fidelibus spiritus imponitur. & si or-
dinem deserueris notus omnibus sis.

Li. 1. dial. 9

